

Titum Liuium, Anneū Senecam, Asinium
 Pollionem, Virgilium Maronem, Hora-
 tium Flaccum, Ouidium Nasonem, innu-
 merabilesque alios, vno tempore suis li-
 cet viuēdi gradibus distantes habuit, qui
 se inuicem viderint vel videre potuerint.
 Libros integros Senatui recitare, vel po-
 pulo per edictum notes facere suetus e-
 rat, inuentum paternum, de temporis ra-
 tione, vnico errore comperto, superinie-
 ctis paucis diebus emēdauit, & vt est scri-
 ptum in Saturnalibus, omnem hunc ordi-
 nem æreæ tabulæ, ad æternā custodiam,
 incisione mandauit: Nec Poëticae expers
 fuit. Extat eius in Virgilium carmen bre-
 ue quidem, sed nec humile nec insullum:
 Aggressus & Tragicum opus, studio fer-
 uenti, calle medio destituit deleuitque. Li-
 brum verò versib. hexametris cōsumma-
 uit, cui nomen Sicilia, quo ego nonnun-
 quam velut clypeo aduersus obtrectato-
 res meos vti soleo, inter multa quæ im-
 pacatis mihi latratibus obiectant, pere-
 grinum & inauditum poëmatis mei titu-
 lum fremētes, cui nomē est Aphrica, quod
 quidem variis hætenus fortunæ repagu-
 lis dilatatum, hæret inter manus diutius
 quàm putabam. Sed ad inceptū redeo,

b. j.